

AD ARTIC. CLII.
ARGUMENTUM.

Articuli defensionales à reo exhibiti sed non concludentes rejiciendi sunt, & tum contra eum secundum Juris ordinem procedendum est.

EXEGESIS.

Duo sunt hujus Articuli membra : I. *Rejectione articulorum non concludentium.* Nimirum quando Judex articulos defensionales à reo exhibitos ex consilio Prudentum pro relevantibus aut concludentibus non agnoscit, quod tum ejusmodi defensio in istis articulis fundata non sit admittenda. Dicuntur autem *Articuli non-concludentes*, ex quibus si testes super iis pre veritate deponunt, non tamen inferuntur, quod probare intendit reus. Quales sunt, qui neque directè, neq; indirectè, neque ullo alio modo causæ adminiculantur. De quibus legi poterit. *Gail. l.1. Obs. 81. n. 4. p. 144.* Et hæc sententia fundatur in antiquo illo brocardico JCtorum : *Ad probandum admissi non debet, quod probatum non relevat. per l. 21. C. de Probat.*

II. *Cause decisio* : Nam quando (1) Reus homicidium fatetur (2) excipit, illud non dolo, verùm ex justis causis, quibus à pœna homicidii liberari possit, se fecisse, (3) exceptionem istam probare nequit, quin potius (4) in exceptione allegata succumbit, tum procedendum est, sicuti in ejusmodi manifestis maleficiis procedere oportet : Hoc est, ut reus tanquam confessatus homicida capitali supplicio afficiatur ; aliger enim adversus confessatum homicidiam procedi nequit, quam ut ille debito modo puniatur.

ARTIC. CLIII.

Reo se ad probationem exceptionis offerente, de sumptibus in litem faciendis, quomodo cauteatur.

Über wen die Abzung in obgemeldter Ausführung
gehen soll.

Möglich aber einer jemand entleibt hätte / und deshalb in Gefängnis käme / auch der Entleibung bekanntlich wäre / und doch der vor- gemeldten Ursachen eine/oder mehr / die ihn solcher Entleibung halb/